



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

II. de Calumniatoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

De Calumniatoribus.

TIT. II.

Accusatores, vel denunciatores, si alicui falsa crimina objiciant, tenentur tanquam calumniatores.

1. *Quidicuntur Calumniari, & quis Calumniator?*

Calumniari est falsum crimen scien- §. 5. D.
ter, & dolo malo intendere. Calu- Ad SC.
mniator dicitur, qui falsum crimen scienter *Turpil.*
& dolo malo intendit, seu proponit. In
eo diversus a Prævaricatore, quia hic falsa
crimina detegit, & vera abscondit. Ter-
giversari vero est, in totum ab accusatione
desistere.

2. *Quæ est pœna accusatorum calumniantium?*

Pœna est talio. Eadem scilicet pœna can. Quis-
pœnandi sunt, qua mulctandi forent, si quis u. q. 6.
cimina fuissent probata, cum calumni-
ates ad vindictam poscat similitudo sup-
plicii.

3. *Quod si eadem pœna plebi nequeant, vel
calumniator non sit capax
pœna?*

Tunc alia, & æque gravis infligitur.

Y 4

Exem-

Exemplum est in Subdiacono, qui conum falso accusaverat alicujus criminis quo probato deponendus, & Ordinario exhibendus esset Diaconus: quia potest Subdiaconus spoliari Ordine, non habet, præterquam quod per Subdiaconatu, publice verberibus castigatus mittitur in exilium.

c. I. b. t.

4. *Quid si non constet, an quis calumni di animo accusationem instituerit?*

De eo inquirere officio incumbit processus: qui, si in negotium id postule, accusatori deficienti in probatione, numerum se non animo calumniandi accusationem instituisse, præsertim adverbi superiorum suum, Canonicam indicagationem, eumque, usque dum se pugnatur, ab officio, & beneficio suspendet.

c. I. eod.

De Simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur.

TIT. III.

Hic incipit alterum hujus libri caput, quod materia judicij criminalis, id est ipsa crimina enumerantur, & explicantur; quæ vel communia sunt omnium hominum, tum Ecclesiastico